Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1459
Quelle:
Copyright:

posicio heretica &c. Adjunctum est alia rubrica *Oppositum posicionis.* Positio illa haeretica *Wiclefo* est Transsubstantiatio. Scriptum istud fortasse titulo *de Quidditate Hostiae consecratae* apud *Baleum* indicatur.

XXV. *fol.* 261. p. 2. e membrana praevia: *Argumenta contra posicionem de religionibus priuatis.* Adfert *Baleus* Scriptum *de Religiosis priuatis* alio initio, quod impugnasse videtur *quidam reuerendus monachus.* Huic respondet nostrum, quod incipit: *In materia de religione priuata ponitur quedam posicio* &c.

XXVI. *fol.* 266. Responsum ad VIII. Quaestiones. *Amice preclare ex scripturis vestris concipio* &c. Jam relatum alibi.

XXVII. *fol.* 267. e membrana praevia: *Tractatus de statu innocentie.* Initium: *Ut supradicta magis appareant, oportet parumper disgredi* &c.

XXVII. *fol.* 274. p. 2. e membrana praevia: *Responsum ad decem questiones.* Initium: *Magister Reuerende et amice percarissime, ad primam 10. questionum uestrarum* &c. Non reperi in Catalogis *citt.* Omnia haec *Wiclefi* Scripta Summariis marginum diligenter illustrata sunt.

CCCLXXXVI.

890 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 123. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus Συλλογὴν Opusculorum *Joh. Wiclefi* continet, hoc quidem ordine: I. *De concordacione fratrum.* Infit: *Cum christus sit primus et nouissimus* &c. *Cod.* CCCCIV. inscriptum *de Sectis Monachorum.* Vide ibi. Ad calcem etiam hic: *Explicit de cor̄ ua condi.*

II. *fol.* 3. p. 2. *De ordine christiano.* Infit: *Ad declarandum veritatem fidei et omnem errorem perfidie* &c. Novit *Baleus*, sed initium non adfert. Contra Primatum Romanum.

III. *fol.* 5. p. 2. *De Confessione.* Infit: *Duo sunt sacramenta precipua in quibus est ecclesia illusa* &c. Ut alibi *de Confessionibus.*

IV. *fol.* 8. *Detectio perfidie sectarum antichristi.* Infit: *Paulus docet ad Eph. IV°. quomodo Christi ecclesia debet diligere vnitatem — Iste autem secte quatuor — faciunt divisionem in hijs tribus virtutibus Theologicis.* Videtur pertinere ad Tractatum *de quatuor Sectis nouellis Cod.* CCCLXXXV. relatum, quoniam is incipit: *Secundum tres virtutes Theologicas* &c. ut ibi.

V. *fol. eod.* p. 2. *De Gradibus Cleri.* Infit: *Quidam secularis probus zelator* &c. Vide *Indicem.*

VI. *fol.* 9. p. 2. *De Demonio meridiano.* Infit: *Frons meretricis facta est populo* &c. ut in *Indice.*

VII. *fol.* 10. p. 2. *Epistolae* binae, prior *ad Archiepiscopum Cantuar.* altera *ad Papam Vrbanum*, indicatae alibi.

VIII.